8392 d. m. L. Ofillius | Artemidorus | vius *(sic)* sibi fecit | secus[1] Curtia P. f. Tyche | coniug. simplicissim. sua, | cum quem *(sic)* vix. an. IIII sine | querell., et contra Ofillia | Vitali filis *(sic)* dulciss. sua | ex Caulia Ianuaria matr., | et Lucii Septimanus et Euty|ches filii fecerunt patri | optimo cum Sulpicia L. f. | Valentina uxore eius. | Quisq. autem secus[2] ara igne fecer., | sciat se ad pontifices disputaturu.

Romae (VI 35987 = Notizie degli scavi 1885 p. 226). — 1) *Secundum, iuxta.* — 2) *Aliter ac.*

Laudationes funebres.

8393 . . . . . . [*u*]xoris[1].

(Pag. I).

. . . . *mo*]rum probit[*ate* . . . . .]rum. . . . . permansisti prob . . . . |

(3) Orbata es re[*pente ante nuptiar*]um diem utroque pa[*rente in pe-natium soli*]|-(4) tudine una o[*ccisis. Per te maxi*]me cum ego in Macedo[*niam*[2] *abissem*], | (5) vir sororis tua[*e C. Cluvius*[3] *in A*]fricam provinciam, [*non remansit inulta*] | (6) mors parentum. |

(7) Tanta cum industria m[*unere es p*]ietátis perfuncta ef[*flagitando inquirendo*] | (8) vindicando, ut, si praes[*to fu*]issemus, non ampliu[*s praestitissemus. At*] | (9) haec habes communia cum [*s*]anctissimá feminá s[*orore tua.*] |

(10) Quae dum agitabas, ex patria domó propter custodia[*m pudicitiae, sumpto*] | (11) de nocentibus supplicio, e vest[*i*]gio te in domum ma[*tris meae*[4] *contulisti, ubi*] | (12) adventum meum expectast[*i*]. |

(13) Temptatae deinde estis, ut testamen[*tum patris*], quo nos eramus heredés, rupt[*um diceretur*] | (14) coemptione facta cum uxore[5]: ita necessario te cum universis pat[*ris bonis in*] | (15) tutelam eorum, qui rem agitabant, reccidisse: sororem omni[*um rerum*] | (16) fore expertem, quod emancupata esset Cluvio. Qua mente ista acc[*eperis, qua iis prae*]|-(17) sentia animi restiteris, etsi afui, conpertum habeo. |

(18) Veritate caussam communem [*t*]utata es: testamentum ruptum non esse, ut [*uterque potius*] | (19) hereditatem teneremus, quam omnia bona sola possiderés, certá qui[*dem sententia*] | (20) te ita patris acta defensuram, ut si non optinuisses, partitúram cum s[*orore te existi*]|-(21) mares: nec sub condicionem tutelae legitumae venturam, quoius per [*legem in te ius non*] | (22) esset, neque enim familia[*e*] gens ulla probari poterat, quae te id facere [*cogeret*]: | (23) nam etsi patris testamentum ruptum esset, tamen iis, qui intenderen[*t. non esse id*] | (24) ius, quia gentis eiusdem non essent.